



tē aliqui eò quod vtriq; apex tribuatur. sed Plinius ipse siue parcum siue parram legas, loco iam citato, 50
 à galerita liquidò secernit.) Est autem parcus auicula palumbo minor aliquanto, subtus candida, cæ-
 tero pauoni similis, & crista quoq;. Vanellum quidē his verbis ab eo significari non est dubiū. ¶ Va-
 nellus circa Patauium in Italia *pauonino* nominatur, quasi paruus pauo, à colore & crista. Venetijs
paon, id est pauo. ¶ Lusitanis *a bybe*. ¶ Germanicè apud nos *ein Gysig*, ab imitatione vocis. alibi *Gy-
 uitt* vel *Gybyg*. Murmellius scribit *ein Ruuig*, alibi *ein Zwiel*, *ein grüner* oder *blawgrüner Gysig*, ad
 differentiam pluuiialis. ¶ Anglicè *a lapuuing*, ab implicatione alarum frequenti, vt audio. nam *Wing*
 illis est ala, *lap* implicare. ¶ Illyricè *czieyka*. Turcicè *gulgurük*.

¶ Literatores pleriq; omnes Britannici, vpupam eam nominant auē, quam barbari ab alarum
 strepitu vanellū nuncupāt, & ipsi sua lingua lapuuingam vocāt, Turnerus. Sunt etiam (inquit idem) in
 inferiore Germania literatores aliqui, qui fulicam *kyuittam* suam esse volunt, ex eo forsan opinionem
 suam

maniam quinque aues habere cum dimidia, ein Krametvogel/ein Entvogel/ein Hühvogel/ein Brachvogel. Bra h's vogel.
 vogel/ein Speivogel/der flüget vber sy all/vnd ein Halbvogel.

¶ Ex turdorum genere est avis Germanice (Saxonice) dicta Brachvogel: quæ capitur sub hyemem maxime, nec figura nec magnitudine multum dissimilis merula: colore fusco, terreo, obscuro, ut humi sedens vix agnosci & à terræ colore discerni possit, Eberus & Peucerus: qui hanc Aristotelis collyrionem faciunt. Turnerus quidē cum in libro suo de Auib; turdum pilare nostrū collyrionem esse coniecisset, postea in epistola ad me missa turdelam nostram (ein Trostel) iam potius collyrionem sibi videri scripsit. Porro Germanicū nomen Brachvogel, vagū & incertū est. nam & arquata & generi cuidam gallinaginis tribuitur: quod hæc aues in noualibus & quiescentibus agris inuolari soleat.

10 ¶ Venere in Italiam Debracensibus bellis civilibus trans Padum externæ aues (ita enim adhuc vocantur) turdorum specie, paulum infra columbas magnitudine, sapore grata, Plinius.

¶ TYMPANVS (Τύμπανος) à cornice occiditur, Aristot. hist. anim. 9. 1. nec alibi quod sciam c. Tympanius meminit. ¶ Tympanus est de genere paruorum miluorum, in nonnullis codicibus τάρανος, qui nusquam ruficē sic appellatur. Sed ex sola hominis similitudine argumentum idoneum nullum est: neque vllum milui genus à cornice occidi verisimile. Apparet autem Nipsum secutum esse translationem Alberti, in qua pro tympano legitur, miluus qui dicatur Græcè cochyno.

DE TYRANNO.

20 TYRANNO auiculæ corpus nō multò amplius est, quàm locustæ, cristæ rutila ex pluma elatiuscula est & cætera elegans cantuq; sua: hæc auicula. Vescitur vermiculis, Aristoteles. Tyrannū auiculam Auicenna & Albertus inter passeres numerant. nos ruficē *vestiuillum* nuncupamus, Niphus. ¶ Turnerus eumq; secuti Eberus & Peucerus tyrannum auiculam Germanicè interpretantur Goldhändlin. Sed Turnerus etiam aliud Germanicum nomen adfert ein Dänmürder, quod conuenit generi auium quas lanios appellauit, quod in cæteras aues etiam se multò maiores laniando & cædibus sæuiant: est autem inter illos quoq; species quædam minima, vertice rutilo insignis. ¶ Trochilo (vel passere troglodyte potius) minor est auis (inquit Bellonius) quæ à Græcis vulgò *tettigon* vocatur (nimirum à magnitudine qua cicadā vix excedit): à Latinis, (ab Aristotele), tyrannus: Gallis *unpoul*, vel *source* vel *sourcele*, (à supercilijs) habet enim plumas in capite flauas vtrinque instar cristæ, quæ oculos eius 30 inumbrat, ut supercilia in nobis: nec multò maior est locusta. Bellonius in Gallico libro Singularium. Tyrannus ego omnino regulum esse puto quam ipse tyrannum: nec vtrinque plumas illas capitis aureas haberi, sed in medio tantum.

DE AVIBVS QVARVM NOMINA AB V. LITERA INCIPIVNT.

DE VANELLO.

A.

40 VANE LLVM hanc auem nominant author denat. rerum & Albertus, Gallici (ut apparet) nominis imitatione *un vanneau*, quanquam per *n* simplex. Idem hanc auem veterum Stympthalidem esse putant, nimium leuiter hoc vno, quantum video, decepti argumento, quoniam vanellus cirrhatu est: tribuit autem cirrhatos etiam Stympthalidi Plin. Vanellus (per *n* duplex) à barbaris dicitur auis, Vanellus eo quod inter volandum magnum strepitum ædat, Turnerus: fortè quod alis instar vanni aut ventilaburi commotis strepitum excitet. Auis quæ in compluribus Galliæ locis vocatur *dixhuitt*, (per onomatopœiam, sic etiam vocant numerum octodecim, similiter Cretenses cuculum auem vulgò nominant *decocto*, quod suo cantu tale quid sonare videatur,) & Parisijs *un vanneau* (& circa Montē pessulanum:) quamq; Romani veteres *parcum* vocarunt, Itali hodie *paoncello*, Græcis vulgò *ax* (*αἶξ*) dicitur antiquo *Parcus*. nomine, id est capra: eo quod subinde vocem caprinæ similem ædit. ab alijs *παός* *αἰγίος*, hoc est pavo *Capra*. 50 syluestris, eo quod cristam in capite erigar instar pauonis vel alaudæ cristatæ, Bellonius. Aristoteles quidem nihil aliud de capra aue scribit, quàm circa lacus & amnes eam versari. In capite paucis animalium, nec nisi volucribus, apices: alijs aliter, phasianæ corniculis, præterea parræ, (alias *paro*.) Plinius 11. 37. Hermolaus pro parræ, habet *parco*, quod quidem nomen nondū hæcenus se legisse fatetur, ut mirer Bellonium scribere nomen parci apud Romanos veteres extitisse. sed ut parcum legas, non tamen vanellum auem eo nomine accipi licebit, cum cornicula illi non conueniant. non enim instar phasianæ cornicula habet vanellus noster, sed apicē simpliciter, vel ex plumis cristam simplicē à medio vertice retrò extensam. cornicula verò vtrinque eminēt, ut in bubone, & alijs quibusdam nocturnis auib; quamobrem parræ potius legerim, ut codices nostri habent, (vel paræ per simplex *r*.) quæ & nocturna auis est. & alijs quoq; authoribus memorata. Imposuit fortè Bellonio, quod in Corollario Hermolaus scribit, his verbis: Differt ab alauda & parcus, etiam si quidam negant. (confuderunt for-